

De inimicarum altercatione

Publio Mario et Afinio Gallo consulibus Poppaea Sabina fortuito offendit Octaviam imparatam ad pugnam. Quae ira permota increpat inimicam. Illam feminam moribus pessimis esse, quam si Otho numquam deduxisset ad Neronem, omnem rem publicam debuisse celebrare. Poppeam per opimum sermonem et corruptum genus dicendi imperatorem in insaniam induxisse. Quem ingenii tam mali pravique esse, ut ne sapientes quidem ad iustitiam educare poterint. Rem publicam certe magnis in periculis esse, cum homines verae iustitiae ad libertatem servandam non valeant.

His verbis dictis incurrit in pelicem. Quae velamine avulso aequo animo haec verba respondit: „Video quendam furorem te tenere. Itaque, quia non ignoro omnia, quae ab Asia originem accipiunt, tibi fastidio esse, ut refellam calumnias, dicebo, quomodo Acte antiquitus dixerit. Nam bonae hominis est matrimonium revereri, rem publicam confirmare, maxime autem petere eloquentiae principatum. Ad quorum primum quaelibet femina servilis idonea est, secundum autem indiget tertio. Itaque, cum magistratus, senatores, nobiles in servitium ruant, cum viri, qui olim fuerint periti civilium rerum, nunc carmina fingant, nostrae partes sunt, ut rem publicam regere istis non concedamus. Equidem ea fieri ignava non patiar.

Ceterum video te nihil aliud facere nisi de fortunis queri. Audi, Octavia accusatrix mei, quae me parum verecunda et indecora verba dicentem oderit et eas cavillas, quas ne Socratis quidem contemplationes disputationesque possint definire. Tu poteris in melius adversa flectere. At maledicis sordida, quia videor maritum corrupisse. Quid? Num tibi sunt virtutes sinceræ amatricis? Num veste lugubri induta facies principi funera? Nunc decede de via, nam habeo in animo hanc rem publicam gubernare.“

His verbis dictis discedunt inimicae.

(Thema 1: Octavia trifft Poppaea Sabina auf der Straße...)